

Dignitatum, Personarum, Administrationum, & Officiorum, Canonicatum, & Præbendarum In-
 tegrorum, & dimidiorum Præbendarum præbendarum Portionum, ac reliquorum benefi-
 ciorum Ecclesiasticorum cum Cura, & sine Cura Sæcularium, & Regularium Civitatis, & Dico-
 cesis Toletan. extra tamen Toletan. & Sanctorum Iusti, & Pastoris, ac alias de Alcalá, & de Tala-
 vera Oppidorum dictæ Dico. Collegiatis Ecclesiis consistentium fructuum, reddituum, & pro-
 ventuum primi anni quo illa de cetero, tam in Romana Curia, quam extra eam pro tempore va-
 care contigerit integra medietas communi Massæ proventuum dictorum Portionariorum, &
 Mensæ Capitulari dictæ Ecclesiæ Sanctorum Iusti, & Pastoris æquis portionibus pro vna Mensæ,
 & alia medietatibus ipsius medietatis Massæ prædictis deberetur, & pro eisdem Mensæ, & Massæ
 communiter exigeretur, ac exacta prout alij fructus, redditus, & proventus Mensæ, & Massæ ea-
 rundem inter participantes, de illis proportionabiliter divideretur cuiuscumque taxæ, & annui va-
 loris fructus, redditus, & proventus prædicti primi anni forent, ita tamen quod si contingerit me-
 dietatem fructuum, reddituum, & proventuum anni vacationis huiusmodi Camera Apostolicæ
 aliquo respectu deberi, tunc, & eo casu medietas fructuum, reddituum, & proventuum huiusmodi
 non primi, sed secundi anni immediate sequentis post vacationem huiusmodi Mensæ, & Massæ
 prædictis deberetur, & cum effectu persolveretur, & ut præfertur divideretur. Et si personæ in
 quorum favorem de Canonicatibus, & Præbendis Personatibus, Administrationibus, & Officijs
 Præbendis præbendis Portionibus, & alijs Beneficijs huiusmodi, quorum fructuum, red-
 dituum, & proventuum primi anni medietas eisdem Mensæ, & Massæ deberetur, ut præfertur,
 quavis auctoritate disponi queat ad illa assumi contingerit quomodolibet infra tres menses post
 habitam pacificam possessionem Dignitatum, Personatum, Administrationum, & Officiorum Ca-
 nonicatum, & Præbendarum Præbendarum præbendarum Portionum, & aliorum benefi-
 ciorum huiusmodi medietatem omnium fructuum, reddituum, & proventuum eorundem Mensæ,
 & Massæ prædictis, ut præfertur, debitam realiter, & cum effectu, etiam aliter desuper non
 moniti, nec requisiti solvere cessarent si Episcopali, vel maiori Ecclesiastica Dignitate fungerentur
 eis ingressus Ecclesiæ interdictus existeret, si verd alij ab eisdem forent excommunicationis
 sententiam incurrant eo ipso. Et si per alios tres menses dictos primo tres menses immediate se-
 quentes animo illam perferrent indurato Dignitatibus, Personatibus, Administrationibus, Officijs,
 Canonicatibus, & Præbendis Præbendis præbendis Portionibus, & Beneficijs cum Cura,
 & sine Cura Sæcularibus, & Regularibus, in quorum dimidiorum fructuum, reddituum, & pro-
 ventuum solutione eas cessare contingeret privati existerent, possentque illa utpotè per huiusmodi
 privationem vacantia, ex tunc Apostolica, & ordinaria auctoritatibus, etiam vigore gratiarum ex-
 pectatarum libere conferri, prout in illis plenius continetur. QUO CIRCA discretioni vestræ
 per Apostolica scriptura mandamus quatenus vos, vel duo aut vnus vestrum si, & postquam dictæ
 litteræ vobis præsentatæ fuerint per vos, vel alium, seu alios præmissa vbi, & quando, & quoties
 expedire cognoveritis, fueritque desuper pro parte Venerabilis Fratris nostri Archiepiscopi To-
 letani, & dilectorum filiorum vniuersorum Portionariorum Toletan. & Capituli Sanctorum Iusti,
 & Pastoris de Alcalá Toletan. Dico. Ecclesiarum prædictarum legitime requisiti solemniter publi-
 cantes, ac in præmissis efficacis favores auxilio assidentes faciatis auctoritate nostra Mensæ, &
 Massæ prædictis dictam fructuum, reddituum, & proventuum eis dictarum aliarum nostrarum litte-
 rarum vigore debitam medietatem realiter, & cum effectu persolvi, & illos quos vobis interdicti,
 & excommunicationis sententiam prædictam præmissorum occasione incurrisse constiterit ligatos
 esse publicè nuntiatis, & faciatis ab alijs nunciari, & ab omnibus alijs evitari, donec de huius-
 modi fructuum, reddituum, & proventuum per eos debitam medietate Mensæ, & Massæ præ-
 dictis satisfecerint cum effectu. Non obstantibus omnibus quæ in dictis litteris volumus non
 obstare; seu si personis ad huiusmodi fructuum, reddituum, & proventuum medietatem solven-
 dam Mensæ, & Massæ prædictis obligatis, vel quibusvis alijs communiter, aut divisim à Sede
 Apostolica indultum existat, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras
 Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi
 mentionem. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Dat. Romæ
 apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo septuagesimo
 nono, octavo Kal. Iunii, Pontificatus Nostri Anno Octavo. CUM AUTEM sicut exhibita nobis
 nuper pro parte Dilectorum filiorum modernorum Portionariorum Toletan. ac Abbatis San-
 ctorum Iusti, & Pastoris Ecclesiarum prædictarum, necnon præfatorum Capituli petito contine-
 bat multis ex personis quibus ex Canonicatibus, & Præbendis, Dignitatibus, Personatibus, Admi-
 nistrationibus, Capellanis, Officijs, Præbendis, seu Præbendis Portionibus, aut simplicibus,
 et alijs beneficijs prædictis, quæ hætenus vacarunt, & quorum fructuum, reddituum, & pro-
 ventuum primi, vel secundi anni integram medietatem dictus Prædecessor Mensæ, & Massæ præ-
 dictis deberi, & pro eis exigi statuit, ut præfertur provilum, vel alias in eorum favorem Canonicæ
 dispositum fuit litteras, necnon in eis contentas censuras, & penas prædictas floccipendentes

10
 Committitur
 iudicibus
 Apostolicis,
 ut possint
 per censuras
 dimidias
 annatas
 facere
 persolvi,
 appellatione
 postposita.

11
 Prosequitur
 Bulla Leo-
 nis X.

medietatem fructuum, reddituum, & proventuum per eos debitam huiusmodi solvere indebitè
 negligant, & reculent, in animarum suarum perniciem, ac Portionariorum, Abbatis, & Capituli
 prædictorum præiudicium, & iacturam. Et si statueretur, & ordinatorum, quod Prior Monasterij
 per Priorem soliti gubernari Sancti Bartholomæi de Lupiana, ac Archidiaconus præfati inte-
 gram medietatem omnium, & singulorum fructuum, reddituum, & proventuum Canonicatum, &
 Præbendarum, Dignitatum, Personarum, Administrationum, Officiorum, Capellanarum Præsti-
 moniorum, seu Præbendarum Portionum, aut simplicium integrorum, vel dimidiorum, necnon
 aliorum Beneficiorum prædictorum cuiuscumque annui, & annui valoris, vnde dicta medietas vigore
 litterarum huiusmodi percipi consuevit, quæ hætenus vacarunt, & in posterum vacabunt, & quo-
 rum fructuum, reddituum, & proventuum vnus anni integra medietas pro præmissis hætenus
 exigi, & persolvi debet, & hætenus non est, vel pro tempore non erit exacta primi, vel secundi
 anni, iuxta dictarum litterarum, & alias propria auctoritate per se, vel alium, seu alios, sic quod
 eam exactam modernis, & pro tempore existentibus Portionarijs Toletan. & Abbati Sanctorum
 Iusti, & Pastoris Ecclesiarum, necnon Capituli huiusmodi, vel personæ, seu personæ ad hoc per
 eos respectivè deputandis pro tempore resignare teneantur exigere, & levate possent profectò
 ex hoc pernicijs, & detrimenta, ac iactura huiusmodi cessarent, & ne eis similia in futurum suble-
 qui possent occasio præcluderetur. Quare pro parte modernorum Portionariorum Toletan. &
 Abbatis Sanctorum Iusti, & Pastoris, necnon Capituli prædictorum assentium se in pacifica pos-
 sessione, vel quasi omnium, & singulorum in præsentis litteris contentorum existere nobis fuit
 humiliter supplicatum, ut præmissa statueret, & ordinare, aliasque super illis opportunè providere
 de benignitate Apostolica dignemur. NOS IGITUR qui singulorum in commoditatibus
 prout possumus libenter consulimus Portionarios Tolet. ac Abbatem Sanctorum Iusti, & Pastoris
 Ecclesiarum, necnon Capitulum præfatos, & eorum singulos à quibusvis excommunicationis,
 suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & penis à iure, vel ab homine
 quavis occasione, vel causa laici, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsen-
 tium dumtaxat consequendum harum litterarum absolventes, & absolutos fore censentes huiusmodi
 supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica tenore presentium perperuo statuimus, & ordi-
 namus, quod Prior, & Archidiaconus prædicti, & eorum quilibet integram medietatem primi, si
 ea Camera Apostolicæ pro ipso primo anno debita non fuerit, alioquin secundi anni vigore di-
 ctarum litterarum exigendam, & persolvendam omnium, & singulorum fructuum, reddituum, &
 proventuum Canonicatum, & Præbendarum Dignitatum, Personatum, Administrationum, Of-
 ficiorum, Præbendarum, præbendarum Portionum, aut simplicium etiam integrorum, vel di-
 midiorum, alioquinque beneficiorum prædictorum cuiuscumque taxæ, & annui valoris, vnde me-
 dietas litterarum huiusmodi vigore percipi consuevit, quæ hætenus vacarunt si ea exacta non est,
 ac in futurum, & pro tempore QUOVIS MODO vacabant eo ipso quod vacent, etiam si ipsi
 fructus, redditus, & proventus, aut eorum omnium, & singulorum annua pensio illa dimittentibus,
 vel alij, seu alijs relectentur, seu reservari existant propria auctoritate quoties modernis, & pro
 tempore Portionarijs, & Abbati, & Capitulo præfatis videbitur etiam bonæ, vel malæ fidei posses-
 sore non expectato, ac alias iuxta dictarum litterarum vigorem per se, vel alium, seu alios ad id
 ab eis pro tempore deputandos, ut eam exactam modernis, necnon pro tempore existentibus Por-
 tionarijs Tolet. & Abbati Sanctorum Iusti, & Pastoris Ecclesiarum, & Capitulo huiusmodi, vel
 personæ, seu personis ad hoc per eos respectivè pro tempore deputandis assignare teneantur
 exigere, & levare, necnon quoscumque eis, vel per eos super ijs deputandos, CONTRADICEN-
 TES, & rebelles, illisque auxilium, consilium, vel favorem præstantes cuiuscumque dignitatis, sta-
 tus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris opportuna
 remedia appellatione postposita, etiam invocato ad hoc si erit opus auxilio brachij sæcularis con-
 pescere, & nihilominus legitimis per eos super ijs habendis, servatis processibus, censuras, & pe-
 nas per ipsos pro tempore latas contra eos quos illas incurrisse eis constiterit quoties opus fuerit ite-
 ratim vicibus aggravare, ac loca in quibus eos morari, & ad quæ declinare contingerit Ecclesiastico
 interdicto strictissime observando subijcere liberè, & licitè possint, & debeant. NON OBSTAN-
 TIBUS præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon privilegijs, indultis, &
 litteris Apostolicis etiam in forma conservatoriarum, quibusvis Ecclesiasticis locis, & personis, etiam
 per modum statuti perpetui, ac alias sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam
 derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs
 decretis etiam talibus quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis inhiberi expressis modo, & forma
 derogati queat, etiam ex quibusvis causis, & quavis consideratione, aut etiam Motu proprio, &
 ex certa scientia, ac Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam per Nos, & Sedem prædictam con-
 cessis, approbatis, & etiam iteratis vicibus innovatis, ac in posterum concedendis, approbandis, &
 innovandis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis
 tenoribus de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes specialis, speci-
 fica,

12
 Ex quacumque
 que vacatio-
 ne Beneficij,
 eo ipso quod
 vacet debe-
 tur integra
 medietas,
 etiam si om-
 nes fructus,
 & aut pars il-
 lorum annua
 pensione re-
 servari exis-
 stant.

13
 Iudices pos-
 sunt cum cen-
 suris copel-
 lere ad solu-
 tionem di-
 midiarum
 annatarum
 appellatione
 postposita.

14
 Prædictus
 Leo derogat
 omnia privi-
 legia in fa-
 vorem quo-
 rumcumque,
 & sub qui-
 busvis clau-
 sulis concessa,
 & appellatione
 postposita.

fica, expressa, & individua mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inferrentur presentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permanentis hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus. Ceterisque contrariis quibuscumque Nali ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis statuti, ordinationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentate praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Romae apud Sacrum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo decimo octavo, septimo Id. Novembris, Pontificatus nostri Anno sexto. CETERUM, ut eandem litterarum tenor sic insertus omnimodam rei, seu facti certitudinem faciat. Volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, ut idem robor eandemque vim ac vigorem dictus tenor habeat quae haberent originales litterae supradictae, & eadem prorsus fides ipsi tenori adhibeatur quaecumque, & vbi eundem in iudicio, seu alibi ubi fuerit exhibitus, vel ostensus, eidemque tenori stetur firmiter in omnibus, & per omnia sicut ipsis originalibus litteris staretur si forent exhibitae, vel ostensae. Per hoc autem nullum ius cuiquam de novo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentate praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, Octavo Id. Augusti, Pontificatus nostri Anno primo. POSTQUARUM quidem litterarum Apostolicarum praesentiarum praesentationem, & receptionem Nobis, & per Nos, ut praesertur facta, fuimus pro parte universorum Dominorum Portionariorum in eisdem litteris Apostolicis, ut praesertur principaliter nominatorum debita cum instantia requisiti, quatenus ad dictarum litterarum, & in eis contentorum executionem iuxta in illis traditam formam procedere dignemur. Nos licet executionem huiusmodi enixe procuremus, id tamen per nos metipsosexequi non possumus alijs legitime praepediti negotijs. Indemnitati igitur dictorum Dominorum Portionariorum providere volentes, certoque credentes quod praefati Iudices gubernationis, & Canonici Doctores primae dictae Ecclesiae nunc & pro tempore quomodolibet existentes, & quilibet eorum in committingo sibi executionis huiusmodi officio pro suo vniuersiusque munere, & prudentia ita solerter agent, ut dicti Domini Portionarii dictarum litterarum effecta pacifice sent, & gaudere ipsique valeant, propterea non immerito commendari Iudices, & Doctores huiusmodi nunc, & pro tempore existentes, & eorum quemlibet insolidum subdelegatos nostros generales, & subdelegatos nostrum generalem quo ad praemissa cum omnibus, & singulis illorum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis deputandos, & deputandum, viceque nostras quoad eadem praemissa, & circa ea eis, & eorum cuilibet duximus committendas, & subdelegandas, prout tenore praesentium deputamus, subdelegamus, & committimus, illaque in eis, & eorum quolibet transferimus per praesentes. Nolumus autem per subdelegationem huiusmodi eisdem nostris Collegijs, nobisque in aliquo praedudicari, quominus ipsi, & nos servato tamen huius subdelegationis tenore in huiusmodi negotio procedere valeamus prout eis, atque nobis visum fuerit expedire. Quare hanc facultatem eatenus concedimus quatenus nostra, & successorum nostrorum in hac dignitate voluntas fuerit. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium praesens publicum instrumentum ex inde fieri, & per Notarium publicum infra scriptum subscribi, & publicari sigillique nostri iussimus, & fecimus impressione muniti. Datum Toleti in aedibus nostrae habitationis anno a Nativitate Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo primo die vero decima septima mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Domini Alexandri Divina Providentia Papae Octavi anno secundo. Praesentibus ibidem Venerabilibus Fratibus Ildephonso de la Peña, Cappellano in Choro praedictae Sanctae Ecclesiae, Petro de Encina, & Didaco Diaz Pintado, in praefata Civitate Toletana commorantibus ad praemissa omnia, & singula, vocatis, atque rogatis. D. Franciscus de Guzman, Archidiaconus Toleranus, Iudex Apostolicus. De mandato suae Illustrissimae Franciscus Vazquez a Turri, Notarius Apostolicus. Concordat cum suo originali mihi tradito ad effectum transumptangi, & patri restituro. Ildephonus Meneles & Castillo, Notarius Apostolicus.

15
Concluye la
Bula de Vr-
lano VIII.

16
Prosequitur
Iudex Apo-
stolicus ex-
ecutor, qui
delegat suas
viuas, pro
executione
harum lit-
terarum.

DECISION DE LA SAGRADA ROTA.

Este es un traslado bien, y fielmente sacado de un instrumento publico, escrito en pergamino en Lengua Latina, en la Corte Romana, del qual està pendiente un sello de cera colorada, con cordones colorados de canamo en una caja de madera, el qual està en publica forma sano, y no roto, ni cancelado, ni en alguna manera sospechoso, que es del tenor siguiente.

IN nomine Domini. Amen. Cunctis pateat evidenter, & si notum, quod alias lite, & causa intitolata Toletanae annatae tunc in Sacro Rotae auditorio coram bonae memoriae Illustrissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Lancelloto, tunc eiusdem Sacrae Rotae Auditore, & huiusmodi causae Iudice inter partes indecisa pendente proposito in plena Rota dubio, illoque resoluta fuit per eundem Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum bonae memoriae Cardinalem Lancellotum, tunc eiusdem Sacrae Rotae Auditorem facta, & extensa decisio, quae ex libro suarum decisionum extracta fuit per me infra scriptum Notarium cum suo originali auscultata, & collationata, & concordari inventa, cuius tenor sequitur, & est talis videlicet. Toletanae annatae veneris vigesima tertia Iunii 1606. Cum vigore privilegiorum debeatur portionarijs integra medietas omnium fructuum Beneficiorum vacatorum Domini censuerunt huiusmodi medietatem annatae eis debitam esse absque onerum deductione: per textum in Extravag. Suscepti, de electione inter Extravag. Ioannis XXII. & ibi Gloss. in vers. Alijs Ecclesijs, ubi casus iste videtur decisus: quod eo magis dicendum est. Tum quia in privilegio conceditur integra medietas, quod verbum, integra, operatur, ut debeantur fructus absque diminutione, iuxta not. per Socin. & Alex. in l. fruct. ff. solut. matr. Ruin. consi. 6. tit. 6. volu. 1. Paris. consi. 93. num. 45. lib. 2. Boer. decil. 44. num. 32. Tum etiam quia cum fiat mentio fructuum co tative, non est locus deductioni onerum iuxta notata per Abbat. in cap. Tua nobis, de decim. Afflic. decil. 252. num. 8. vers. Praeterea cap. decil. 20. num. 8. de qua quidem praesentata decisioe petendum fuit a me supra, & infra scripto Notario, ut unum, vel plura conficerem instrumentum, & instrumenta, quod quidem fuit per me confertum subscriptum, & signatum, & pro maiori robore sigilo R. P. D. Ioannis Baptistae Cortini, dictae Sacrae Rotae Auditoris, & Decani, sigilli a pensione munitum, & roboratum. Romae sub anno a Nativitate Domini millesimo sexagesimo quarto indictione septima, die vero Mercurij vigesima octava mensis Augusti, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Urbani, Divina Providentia Papae Octavo, anno eius secundo loco signe. ✕ Et quia ego Ioannes Folti Laicus Virduensis Sacri Palatii Apostolici causarum Notarius praemissis interfui, ideo hoc praesens publicum instrumentum subscripsi, & publicavi, rogatus, & requisitus. Loco sigillij: loco ✕ signi.

El qual dicho traslado, yo Pedro Tirado Palomino, Presbytero, Notario Publico Apostolico, por autoridad Apostolica, descrito en el Archivo de la Romana Curia, vezino de Toledo, laque del dicho instrumento publico original, que està gnardado en el Archivo del Cabildo de Racioneros de la Santa Iglesia de Toledo, y vâ cierto, y verdadero, y cõuerda con el original: y a lo ver sacar, corregir, y concertar, en la maneta sobre dicha, fueron presentes por testigos, el Licenciado Juan Gutierrez Gallardo, Clerigo Presbytero, Juan Diaz de Ayala, y Francisco de Paredes, vezinos de Toledo, de que doy fee. Y en fee de ello fize mi signo, y lo firmè en Toledo, en veinte y nueve dias del mes de Julio de mil y seiscientos y veinte y siete años. En testimonio de verdad. Pedro Tirado Palomino, Notario Apostolico.